Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26478
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tatem. pulchritudinem. utilitatem. Inmensitas ad po
tentiam. pulchritudo ad sapientiam. utilitas ad be
nignitatem pertinet. Que si quis plenius nosse volu
erit. inspiciat tractatum quem fecimus qui intitulatur
de tribus diebus. In secunda scala sic scribitur: Hic ascen
dunt hi qui ad institutionem recte vivendi me
ditationi divine legis invigilant. audientes
divinam scripturam dicentem. Ecce constitui te ut
evellas et destruas et edifices et plantes. Hoc
in hieremia invenitur qui primus in hac scala est.
Hic autem visus deforis duobus gradibus distinguitur.
propter duo que necessaria sunt ad recte vivendum
que psalmista commemorat dicens. declina a
malo et fac bonum. In tertia scala sic scribitur: Hic
ascendunt hi qui interiori oculo emundato
interne visionis lumen contemplari sitiunt quasi de
babylone redeuntes in hierusalem. Quod sic in
esdra legitur. qui primus in hac scala est. Hic autem
visus distinctionem non habet. sed uno ductu co
loris ab imo sursum trahitur. quia contemplatio
uniformis est et simplex. Item a calore occiden
tis ab imo sursum ex uno latere scalarum tantum
uno ductu hic visus sic scribitur: Hic ascen
dunt qui ab estu viciorum ad lignum vite refugi